



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Concilivm Adrvmetinvm In Africa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

458 SIRICIVS CONC. CONSTANT. THEODOSIVS
PAPA. IMP.

A.D. 394
CONCILIVM
CONSTANTINOPOLITANVM,

In quo causa duorum episcoporum, eundem Bostiensem
episcopatum sibi vendicantium, definita fuit.

NOTA.

Acta Concilii.
Concilium.] Ob controversiam duorum episcoporum Agapii &
Gebadii eundem Bostiensem episcopatum sibi vendicare satagen-
tium, cum multis aliis ecclesiarum orientalis episcopis, quorum nomi-
na in actis recensentur, duos patriarchas, Alexandrinum nimirum
& Antiochenum conuenisse, probabile non est. Sed potius illud ma-
iore fide afferi posse videtur, quod ad dedicandam nouam basilicam
apostolorum Petri & Pauli nomine, a Rufino praefecto pratorum
rectam, conuocati & congregati, post sacra solennia ex more ex-
pleta, praedictam controversiam inter nominatos supra episcopos
obortam, iudicio suo definiuerunt eo modo, quo acta a Theodoro
Balsamone enarrata declarant, nimirum, ex sententia Theophilii
Alexandrini decisum fuisse, non aliter, quam synodali iudicio, cui
episcopi fere vniuersi intersint, episcopum deponi posse aut licere.
Vide Baron. anno 394. num. 25. & sequentibus.

CONCILIVM ADRVMETINVM
IN AFRICA.

NOTA.

Tempus Concilii.
Adrumetinum.] Arcadio tertium & Honorio secundum consuli-
bus, anno nimirum Christi 394. Adrumeti in Africa hanc Synodus
celebratam, atque ad eam ab Aurelio Carthaginensi episcopo le-
gationem missam fuisse, patet infra initio Concilii Africani, ubi huc
scripta leguntur: Gloriosissimi imperatoribus Arcadio tertiu & Hon-
orio secundu August. consulibus, sexto Kalendarum Iuliarum Carthagi-
ne. In hoc Concilio legati directi sunt episcopi, proconsulares ad Concilium
Adrumetinum. Quea vero in hac Synodo constituta fuerint, non ap-
paret; ideo quod diuersorum Conciliorum Canones in unum col-
lecti, simul sub uno titulo Concilii Africani, admixti habeantur.
Vide Baron. anno 394. num. 32.